

teidigung dieser Präposition an unsrer Stelle heranziehen könnte, ich meine εἰς zur Bezeichnung des Zieles bei Verben mit der Bedeutung „sich erstrecken“, besonders bei Angaben von Entfernungen. In der älteren Zeit wird auch hier, wenn das Ziel, die Grenze ein Fluss oder das Meer ist, gewöhnlich ἐπί gesetzt; vgl. Her. I 104, IV 19, 20, 101, V 52. Doch findet sich VII 113 nach κατατείνουσα ἐπὶ ποταμῶν Ἀγγίτην ἐκδιδόντα ἐς τὸν Στρυμόνα in der nächsten Zeile τείνουσα ἐς αὐτὸν τὸν Στρυμόνα. Ich würde das zweite ἐς für einen Schreibfehler halten, der durch das vorhergehende ἐς vor τὸν Στρυμόνα veranlasst ist, wenn nicht auch Thuc. II 97 Ähnliches stände (καθήκουσα ἀπὸ Ἀβδήρων πόλεως ἐς τὸν Εὐξεινον πόντον und bald darauf ἐξ Ἀβδήρων ἐς Ἴστρον). Man wird also diesen Gebrauch von εἰς auch bei den älteren Schriftstellern zugeben müssen, wenngleich noch bei Strabo ἐπί durchaus das Gewöhnliche ist. Bei letzterem steht neben unzähligen Fällen mit ἐπί nur dreimal εἰς (VI 2, 1; 3, 10; XIII 1, 4), abgesehen von den Stellen, in denen es vor Phasis (II 1, 39; XII 3, 12, 17) und Borysthenes (I 4, 2), d. h. Namen, die auch Städte bezeichnen können, steht. In diesem Falle bezeichnet εἰς freilich bei Flüssen oder Meeren nicht „hinein“, sondern nur „bis an“, aber daraus darf man nicht folgern, dass es deshalb auch bei Bewegung lebender Wesen so stehen könne. Dagegen spricht der viele Jahrhunderte lang feststehende Sprachgebrauch. Die Sprache verfährt nicht immer nach den Gesetzen der Logik, sondern ist oft mehr der Ausdruck des Gefühls. Dies aber lies offenbar in unserem Falle den Griechen nur die Grundbedeutung der Präposition, das „hinein“, empfinden.

Berlin-Dahlem.

H. Kallenberg.

Carmina vigilata

Gai Cinnae epigramma (fg. 3 M, 11 B) ab Isidoro Hispanensi or. VI 12 servatum quod praeter alia habet laudem Arati, cum Callimachi de eodem poeta epigrammate (27 W.) composuit Diltheyus Cydippae p. 12. 2; idem carmen artificiosius quam verius interpretatus Ludovicus Traube (Abh. Christ dargebr. p. 372) tamen Gaium Callimachi illud Ἀρήτου σύμβολον ἀγρυπνίης significare vere statuit. Sed quod pro eo quod traditur 'haec tibi Arateis multum invigilata lucernis carmina' fere scribunt 'vigilata' (Bährens quidem: *an* en vigilata?), non assentitur Diltheyus, immo 'fortasse', inquit, 'scribendum erit *evigilata* . . . nam Stat. silv. IV 6. 25 et Verg. Cir. 46 (cf. Weichertum poett. lat. p. 195), ubi est *multum vigilata*, nil probant, quoniam et omnino variantur talia imitando et posteriores poetae diligentius cavent ab elisionibus. Ov. trist. I 1. 108: *quos studium cunctos evigilavit idem.*' Suo iure de vigilatis carminibus dubitavit doctus poesis Alexandrinae interpres, nam novicius est ille usus verbi vigilandi, quod superioris aetatis homines Romani non scribebant

nisi ut homines aut canes (Cato agric. 124) somno abstinentes significarent. Ita Plautus deciens, Terentius ter, ceteri scaenici non semel, Lucretius deciens. Cum quo si accusativum iungebant, fere aliquem noctem vigilare dicebant, velut Lucretius Memmi causa se 'noctes vigilare serenas' I 142 testis est, atque se continuas tris noctes pervigilasse Sosia Plautinus (Amph. 314) narrat: qua de causa neque vigilandam neque vigilatam noctem dicere Tibullus (I 2. 76) aut Propertius (III 15. 2; 20. 23) aut Ovidius (A. A. I 735; Fast. IV 163; cf. Her. XII 169) dubitaverunt. At prorsus aliter sentire, qui vigilata carmina dicant, post Haaseum (Vorl. II 72) CFW. Müller (Nom. u. Akkus. p. 51) clare explicat. Huius autem usus originem et historiam illustrantes haud scio an egregium exemplum habeamus, quo et qua ratione poetae neoterici dicendi rationem excoluerint et quantum ad inferioris aetatis usum valuerint cognoscere liceat. Nam pace Diltheyi dixerim, quod apud Cinnam est '*multum vigilata* lucernas Carmina', in Ciri 'dona meo *multum vigilata* labore', apud Statium 'docto *multum vigilata* Myroni Aera', et Theb. XII 811 'o mihi bis senos *multum vigilata* per annos Thebai' facile cognoscimus imitationem eius poetae, qui non solum Callimachum secutus primus de vigilando ita scripsit, sed etiam praeterea quasi explicandi causa lucernas commemoravit (cf. Sudhaus Hermes 42 p. 503; Iuv. I 51). Quare sane illis testimoniiis hanc scripturam confirmari concedimus, et certe qui Cirin composuit a synalophs non magis cavebat quam Cinna. Quodsi hunc primum cum ipso vigilandi verbo id iunxisse iure censemus, quod inter vigilandum efficitur, ita ut postea Ovidio liceret scribere non solum de vigilatis carminibus (A. A. II 285, Fast. IV 109), sed etiam de vigilatis laboribus (Trist. II 11), iam circumspiciendum erit, a qua similitudine sermonis Latini profectus videatur esse. Atqui ipse Vergilius in Georgicis non dubitavit scribere (I 313) sidera autumnii vigilanda esse viris id est attento animo expectanda aut ut Servii verbis utar diligenter providenda. Ita facillime a volgari illius verbi usu transitur ad poeticum atque subiungitur obiectum. Hac eadem via altius profectus Cinna ipsa carmina vigilasse sibi videtur id est vigiliis non abstinuisse, dum perfecta atque illustria cognoscerentur non minus quam agricolae Vergiliano sidera. Quae ratio si cui minus probetur, altera uti licet eaque a Diltheyo monstrata: namque sane evigilandi verbo non solum Ovidius semel ausus est active uti — id quod in vigilando vitavit — sed ne Cicero quidem hoc verbo liberius uti dubitavit; velut rep. III 41 scripsit 'nobis evigilatam est', ad Brutum I 15. 1 [Messala] tantum evigilat in studio', parad. II 17 'in quo evigilaverunt curae et cogitationes meae', ut non miremur, quod familiari scilicet sermone usus Attico scribat IX 12. 1 'at quam honesta, at quam expedita tua consilia, quam evigilata tuis cogitationibus'. Nempe elegantius idem Bruti 312 sic dicit: 'deinceps inde multae, quas nos diligenter elaboratas et tamquam elucubratas adferebamus'. Idem vero quoniam sim-

plex lucubrandi verbum parad. 5 ('opusculum lucubratum') eodem modo scripsit, et Enniano more sive Varroniano (Non. p. 448. 17) edolari dicit libellum et dolari, iam intellegimus quam facili negotio qui evigilata dixerat induci potuerit, ut vigilata eadem diceret. Tibullus quidem et I 9. 64 'est mihi' inquit 'nox multis evigilanda modis' et I 2. 76 'cum fletu nox vigilanda venit'. Atque quod Horatio in versu licebat scribere 'dulcem *elaborabunt* saporem' (III 1. 19) id quoniam a dactylis alienum erat, Ovidius maluit scribere de libris evigilatis (Trist. I 1. 108), idem de carminibus vigilatis securus. Ac si rem ita accidisse vere coniecimus, haud scio an etiam minore licentia Ovidius dixerit Trist. II 11

hoc pretium curae vigilatorumque laborum cepimus; ingenio est poena reperta meo, siquidem vigilati labores sunt, qui per vigilias fiunt, vigilata carmina, quae ita efficiuntur. Certe satis habuisse Cinnam cognoscimus, cur sibi non admodum decedere a linguae Latinae ingenio videretur, cum sua carmina Arateis lucernis vigilata diceret, nec minus Ovidium cum primum amantem carmen *παράκλαυσιθρον* Fast. IV 109 *vigilatum nocte negata concinuisse* narraret. Quae dicendi ratio quantum pedetemptim percrebruerit, Gellius testis est comparatus cum Cicerone: hic enim quae quis cum cura ac diligenter faciat, 'vigilanter' eum facere dicere consuevit, ille III 14. 12 Lucilium laudat quod 'vigilate atque attente verbum non probum vitavit.' Atque Apuleius cum a crimine magiae occultae se defenderet eamque vigilatam diceret noctis indicium addendum ratus ablativo usus 'noctibus vigilatam' dixit (Apol. 47): scilicet Lentulum Catilinae socium tardissime venisse apud ipsum Ciceronem (Catil. III 6) est, quod '*proxima nocte vigilarat*'.

At Plautinum interim negleximus locum, qui ita comparatus videtur, ut illa omnia ad irritum redigat, quae cognovisse nobis videmur. Namque in Persa 229 haec sunt

Temperi hanc vigilare oportet formulam atque aetatulam,
ne ubi versicapillus fias, foede semper servias.

De quibus Ussingius 'Puerilem', inquit, 'istam formam et teneram aetatem vigilare oportet i. e. summa cum cura servare, cf. Verg. Georg. I 313: quae vigilanda viris?, ne flore aetatis amisso, ubi canus fieri coeperis, nihil habeas, quo peculium tibi compares ad libertatem emendam sufficiens'. Qui vir doctus licet ceteras huius loci difficultates bene expediverit, tamen vereor ut de vigilando recte iudicaverit. Atque Fridericus Leo, qui Ussingium adire legentes iubet, tamen ipse cautius et rectius 'puerum', inquit, 'vigilare oportet, ut peculium conficiat'. Nam hanc formulam atque aetatulam ita dici, ut ipse significetur puer, qui illa aetate sit, facilius credat, si qui Plauti genus dicendi noverit, ac sane simillimum locum habemus omni ambiguitate carentem Most. 263 non istanc aetatem oportet pigmentum ullum attingere.

Primus igitur quantum nos scimus Cinna vigilandi verbo ita usus est profectus ab imitatione Callimachi, excusatus similibus locu-

tionibus Latinis, expressus a poetis inferioribus iisque qui poetice quam simpliciter malebant scribere.

Monasterii Guestfalorum.

P. E. Sonnenburg.

Lantes Lesen

Norden macht in der Einleitung zu seiner antiken Kunstprosa p. 6 darauf aufmerksam, dass man im Altertum laut zu lesen pflegte, und führt als Zeugen dafür Augustin Conf. VI 3 an. Weitere Belege hat inzwischen Sudhaus im Arch. f. Religionsw. IX p. 190 Anm. 2 (wo freilich Kallimachos Kydippe zu streichen ist, s. Aristaen. p. 128, 20 ff. Diltley) und Norden selbst in den Nachträgen zur Kunstprosa p. 1 f. beigebracht. Eine andere recht instruktive Stelle ist, wie es scheint, bis jetzt nicht beachtet worden, Apostelgesch. 8, 27 ff. Ein Engel fordert Philippus auf, auf die von Jerusalem nach Gaza führende Strasse zu gehen: καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ Αἰθίοψ εὐνοῦχος δυνάστης Κανδάκης βασιλίσσης Αἰθιοπῶν . . . ἐληλύθει προσκυνήσων εἰς Ἱερουσαλήμ, ἣν τε ὑποστρέφων καὶ καθήμενος ἐπὶ τοῦ ἄρματος, ἀνεγίνωσκέν τε τὸν προφήτην Ἡσαΐαν. εἶπεν δὲ τὸ πνεῦμα τῷ Φιλίππῳ· πρόσσελθε καὶ κολλήθητι τῷ ἄρματι τούτῳ. προσδραμῶν δὲ ὁ Φίλιππος ἤκουσεν αὐτοῦ ἀναγινώσκοντος Ἡσαΐαν τὸν προφήτην. Der Mann las also sogar auf dem Reisewagen laut, ein Beweis, wie selbstverständlich das für ihn und überhaupt für die Alten gewesen ist.

Bonn.

P. Becker.

Zu S. 181

Herr Hofrat von Jagić schreibt mir: 'Sie haben einen Druckfehler Krauss', der Varadzin statt Varaždin (deutsch Warasdin) schrieb, unrichtig aufgefasst und meine Vaterstadt nach Krain versetzt, während sie an der Drau in Kroatien, an der Grenze zur Murinsel in Ungarn liegt. Durch die Verschiebung der Stadt weiter gegen Osten gewinnt ja die Annahme einer Reminiscenz aus der byzantinischen Machtsphäre noch mehr Stütze.'

Wien.

L. Radermacher.

Berichtigung

S. 230 ff. ist der Verfasser des Artikels der Riv. di filol. 1909 S. 54 ff. irrtümlich Biglione statt Bignone genannt.